

veram polypi speciem? quid te per *Vermem* à Genuensibus examinatum? an *Gordium* s. *Setam marinam*? Fac ut hoc sciam.

Si vivat iste theologus *Cette* ad quem misi libros, si accessit salva navis, procùl omnî dubio hodiè habebis libros à me missos, vel perière cum nave. Navis erat mercatoris Stockholmiensis, Dⁿⁱ Grill, cum quâ *mittebantur* *. Quæsivi à D^{no} Grill nùm domum rediit; respondebat se nondùm navem expectare.

Oro rogoque ut quamprimùm fasciculum accipias ad me scribas, ne anxius hæream; si non acceperis, et secundâ vice mittam hoc autumnò; si tum pereat, vix potero.

Si non expectâssem à nostrâ Societate Regiâ Scientiarum hoc anno restauratâ egregiè, quod te unanimâ voce vocarent, uti millies dixerunt, et intrâ mensem certò fiet, dùm et tu et Gronovius et duo Mathematici (nomina non memini) voca-

notamment sur les insectes, l'incubation artificielle, etc., et de découvertes utiles, en particulier du thermomètre qui porte son nom. Linné, qui l'avait connu à Paris, le rappelle avec intérêt dans toutes ses lettres à de Jussieu, et on a une lettre de Réaumur à Linné pour lui annoncer l'envoi des œufs du *Papilio Alpicola*, 12 nov. 1754. (A.-L.-A. FÉE, p. 164, *Op. cit.*)

* Dans l'autographe *mittebatur*.